

MARCO Cor  
Episcop



Et  
pl  
pi  
tu  
tia propemodū  
tū hominū con  
rim: ipsam rē au  
mus Maffeus ui  
Præsides quorū  
tus sū: me potiss  
rū decretis more  
populi huius pa  
sime uenerarer  
māq; singulorū  
tuo aduentui en  
profiterer. Offi  
prouinciā quā  
Qm̄ clemētissi  
spero rex tua in  
nenses pietate:  
renitate qualēc  
dicendi artificiū  
uenerationē pi  
uantia approb

164  
Jerone

stos: am  
giōe sa  
y uidea  
eloque  
prastā  
surrexe  
Hierony  
ndi cleri  
us adsci  
idatis co  
xoptatū  
eligiosis  
deuotissi  
idissimo  
edientia  
auissimā  
adsumo.  
um: q (ut  
ga V ero  
ultus fe  
o excultū  
neā in te  
es obser  
o satis fue  
A

MARCO Cornelio. S. M. in porticu Cardinali; Verone  
Episcopatum Ineunti. Hieronymus  
Auantius gratulatur.



E tibi Inclyte christiani cardinis custos: am-  
plissimis magistratibus: Carteris religioe sa-  
pietia nobilitate insignibus uiris miris uidea-  
tur: q; ego q; tot annos disciplinis ab eloque-  
tia propemodum abhorrentibus incubui: nunc in tanto presta-  
tium hominum confessu solus ad hoc orandi munus surrexe-  
rim: ipsam rem auribus benefauentibus exponam. Cum Hierony-  
mus Maffeus uir mirifice colendus: ceterisque uerendi cleri  
Presides quorum suffragiis in octouirali collegio rursus adsci-  
tus sum: me potissimum destinarent: qui ueteribus & laudatis co-  
rum decretis more gerens: te sacratissimum principem exoptatum  
populi huius pastorem (episcopum quem uocant) salutare religiosis-  
sime uenerarer: & uerbis meis beneuolentissimam deuotissi-  
mamque singulorum in te mentem significatibus: lucidissimo  
tuo aduentui enixe gratularer: obsequium fide obedientiam  
profiterer. Officio potius quam dicendi studio hanc grauissimam  
provinciam quam dudum deprecatus sum: iam audetior adsumo.  
Quoniam clementissime presul apud te & de te acturus sum: quod (ut  
spero) ex tua in omnes orantes facilitate & peculiari erga Verone-  
nenses pietate: benigna illa (qua quaque soles) tui uultus se-  
renitate qualicumque orationem comiter excipies: non excultum  
dicendi artificium: sed propensissimam & singularem meam in te  
uenerationem piamque aduersus hos uenerandos patres obser-  
uantiam approbaturus: sanctissimo quorum desiderio satis fue-

A

rit: si delibatis præconiis tuis & priusq̄ tibi nos nostraq̄ cōmendauerim: incredibile uoluptatē lætitiā incomparabile inexplabile gaudiū testatus fuero: q̄ ex hoc auspiciatissimo episcopatu uniuersa quidē patria ueronensis sed religiosissimī imprimis hī christi milites concæperint.

Hanc itaq̄ laudū tuarū materiā nostris uiribus non æquā percursurus: omittā natale solū liberrimas uenetias alterā Hierosolymā expetēdarū rerū thesaurū heroum altricē. Ducū urbē diuorum sedem nobiliū populorum uictricē: Adriaticī maris dominā: ciuitatum principem: gentium reginam terrarū deam unā totius orbis patriā: Vnicūq̄ christianæ rei publicę præsidium & columen.

Nec pro dignitate celebrabimus corneliā progeniem super oēs europæ familias: ut asserit Sextus pom. festus. Antiquissimā nobilissimā & rebus per oēs ætates splēdide gestis florentissimā. Ex qua pæne infinitos enim p̄tereo. Clarus semper erit ille (ut scribit Cicerō) Cuius cōscilio atq̄ uirtute Annibal eatenus bello inuictus italia decedere: atq̄ in africā redire coactus est. Huius memoriā quū post epulū de maiorū more celebraret Q. Max. grās egit diis imortalibus: q̄ tantus uir i rep. ro. potissimū decus nactus fuisset. necesse enim fuisse ibi esse imperiū terrarū: ubi ille fuisset. Ornatur alter eximia laude gētilis tuus: q̄ duas urbes Ro. imperio infestissimas Carthaginē atq̄ Numantiā deleuit. L. Corneli⁹ Nasica ab æuo cōdito uiroꝝ optim⁹ ē iudicat⁹. Cæterum nō mea tenuitatis est: p̄cipiti & ieiuna orōne insigniū uiroꝝ oīum uel nomē tm̄ recensere: quorū inclytis facinoribus: singulis superioribus sæculis: Corneliā gloriā

seruata aucta exaggerataque fuisse constat. Verum referat gra-  
 tissimus Senatus Venetus: quoties eius impio terra marique  
 uariis casibus in cetero consiliis rebus laboribus & felicibus  
 armis suppetias tulerit corneliae gentis uiri: quorum uirtutes ac  
 proconia sublimi eloquentissimi. M. An. Sabellici ingenium &  
 dexteram identidem fatigarunt. Non antiquorum etiam recentium ue-  
 tuorum egregie acta in medium adducam. Cum Georgius tui geni-  
 toris auus olim perfectus noster omnium laudem supergressus:  
 generosam natalium dignitatem rettulerit: exornauerit: auxerit  
 que. Hic ut amantissimae patriae usque opitulareretur: reliquis magi-  
 stratibus honorificentissimis fugi non tam uoluit quam dignus ui-  
 deri. quae secundo patuum praetor: quum illi in grauissimo bello contra  
 philipum ducem assumpto ipsi summam decreuisset senatus uenetus  
 florentinorum calamitatem miseratus: Leonidam spartanum  
 Codrum thebanum & Attilium romanum imitatus: cathenas tor-  
 menta teterrimamque ac diuturnam carcerem quam patriae detrimen-  
 tum potius duxit. Adeo illi creditarum rerum fortior fuit silentii cu-  
 ra quam uitae. Sed quum sit nequitas in publica laetitia rebus tristiori-  
 bus immorari: ad huius filium quocumque transeamus. M. cor-  
 nelium auum tuum (unum faustum tibi nomen inditum pro praestantissime)  
 tot tantisque uirtutibus illustris: ut ab illo praecellentium hominum exem-  
 pla sumantur. Huius matrem: huius uxorem recenseant alii a summis  
 orientis principibus & imperatoribus genere trahentes. Et ut ceteras  
 eius uiri uirtutes praetermittam: quom singulari pru-  
 dentia Cyprum regna sibi commendata diu feliciterque admini-  
 strasset: tanta per uniuersum orbem claritate: existimatione ac felici-  
 tate emicuit: ut eius filium: uenetus princeps. Alteram constantinopo-  
 litani patriarchae filium: tertiam illustrium familiae specimen. iclyt

cyprí & hierosolymorꝝ rex cōiuges exoptarít duxerintqꝫ.  
Horum noíā obiter & cursim attingo . quum excellētissi-  
mas aui abauiqꝫ uirtutes oēs nō adæquarít mō sed et supe-  
rauerít Georgíus pater eqtū splendor uiroꝝ príceps. Cu-  
ius maíestatem egena & ad te festínās oꝝo reformidaret:  
nísi tua ín parentē píetas paternís potíusqꝫ ppriís laudíbꝫ  
ídulgeret. Sí tuis nostrísqꝫ optatís obsequí uolueró: qñ uel  
ex sūmís rerū fastígíís dicēdi exitū ínueniā. Is est ení Ge-  
orgíus bonæ fortunæ (quā aristoteles deum uocat) unicus  
alūnus. Quē supra longā ínsignēqꝫ generís seriē amplissi-  
mas opes & sūmā auctoritatē illustríssimū reddūt ínata eíꝫ  
ín hoies calamitosos píetas ín pbos hūanitas í doctos mu-  
nificētia & gētilitia hospítalitas ín religíosos reuerentia ín  
maxís rebꝫ obeūdis míra díligētia ísignís magnanímítás  
singularís prudētia & explorata æqtas: a cuiꝫ semíta ne dí-  
gíto qdē trásuerso eum ínuidia non metus nō amícoꝝ gra-  
tia nō lubrica honorís aura mínimū unqꝫ detorse rūt aut la-  
befactarunt: quín sine iustítia regē ex díuú Augustíní sentē-  
tia tyrāní loco habuít. O uerā legítimāqꝫ corneliā prolem.  
Profecto p̄sulū Nobilíssime: sí quis genus tuum ignorās  
Georgíi parentís heroícas uirtutes & optíme gesta audie-  
rít: quem eidem conferat præter cornelios proceres habe-  
bit nemínem. Quæ sane non penuría rerum sed pōdere  
seponenda duxí. Sí prius tamen díuínus Georgíi erga pa-  
tríam amor & spectatíssíma fides uel hoc uno accesserít ar-  
gumento. Quando ípse auorum fortítudínem effíngens  
nullí fortunarum íacturæ nullís unqꝫ perícúlís pepercerít.  
dum assídúí dulcíssímíqꝫ labores ín uenetí nominís salutē

libertatē ppagationē: & gloriā cederent. q̄s igit̄ hūc p̄riā  
 uidiē ac parētē nō merito nūcuparīt. Cum nihil eque sibi  
 unq̄ fuerit i uotis: q̄ eā b̄nificiis ornare illustrare ac eiusdē li  
 mites p̄ferre. Q̄ ū p̄terea Georgiū f̄ato potētior: quo ipiū  
 terrarū dari dicūt: p̄riā seruire maluerit: q̄ regere Cyprū in  
 sulā deliciaꝝ aulā: quondā nouē regnorū sedē: ueteribus di  
 uitis & agrorū fecunditate usq; adeo opulentā: ut cypriā  
 opes a. M. Catone inuectāe latius romanū ærariū q̄ ullus  
 triumphus locupletarīt. Nec itēꝝ hac luce lætissima Bri  
 xia: Veronā: ac recentissimū patauū mærorē reuocabo: ex  
 eius Indidē incōmodo discessu. Num Georgiū (Dū Vero  
 nā p̄fectus Mediolanū adiit legatus) mirā facundiā insu  
 bres: inauditā liberalitatē Rotomagēsis Cardinalis: oppor  
 tunā sapientiā obstupuerūt collaudarūtq; Veneti patres.  
 Cuius grā: dexteritate: prudentia Castū cū gallis Veneto  
 rū fædus tutiori amicitie uinculo perspicimus obstrictum.  
 Num p̄sentissimū huius ingeniū abstinentiā: integritatem  
 clamentia: & genuinā in nos beniuolentiā agnouistis Ci  
 ues ornatissimi. Aurea cuius p̄fectura (ita bene uiuam) ut  
 uenerabili quodā pudore: hoc est non aspero impio: nō le  
 gū minis: sed Georgiū reuerētia: sed blādissimo Georgiū ex  
 emplo: flagitiis & criminibus abstinuit uel liberior iuuen  
 tus. Hoc p̄fecto bellis tota europa efferuētibus: fame & ce  
 dibus passim crassantibus mirā rei frumentariæ affluentī  
 am & uilitatē oī congiariorū pdigalitate potiorē experti su  
 mus. Ciuiūq; alias infensissimorū mutuas societates. Sena  
 tū & populū Veronensem tutū: latum: florentem. Leges  
 deniq; nostras & patrios mores obseruatissimos cōspexi

mus. Functus autem magistratu (quo utinā nobis perpetuo frui licuisset) eo nos amore & charitate amplexus est: ut apud amplissimum senatum Venetum omni consilio: studio & patrocínio rei pu. nostræ commodis atq; honoribus suffragari non desistat.

Iā Diue p̄ul: Patris ac Matris tuæ oib⁹ (quæ in rarissimā faminam cadunt) uirtutibus ornatissime p̄conia a cunctis ubiq; semper: sed nō satis celebrata (ut reliq; uā) tēpus angustū suadet: nostraq; numinis tui obseruantia hortat⁹. & quīs te sacratissimū principem: non cuiuspiā cōmendatione laudandū: sed ueneratione colendū censeamus: tuorū tñ fortunam & gloriam tuamq; naturā & mores dū recordamur: dū nostræ fælicitati ubertim gratulamur. Quid. n. a summo rex̄ parente ultra precari potuissimus: aut nobilius ad gloriā aut certius ad salutē: q̄ te summū huius loci pontificem nancisci: qui a teneris (ut græci aiunt) unguiculis ad litterarū & religionis cultū aspirare uisus es. Annisq; pubescentibus morū præceptorē probissimū & eloquentiæ Doctore eruditissimū adept⁹ es: qui Corneliorū uirtutes tibi proponens: uel unū parentē heroicæ institutionis exemplar ostentans: te ad studiū laudis currentē sic adhortatus est. ut huius auspicio & uenerabilis & disertissimus euaseris. Tantaq; mox scientiarū cupiditate exarsisti: ut tu expetitū etatis florē tangens: fortunæ ubertate spectabilis: opib⁹ scilicet ac deliciis affluens. non maiorū stemmatibus. non auita dignitate. non paterna fælicitate contētus. Domum luxu regali splendidam. & omne genus uoluptatum ætati concessarum. aureis uirtutibus & ingenuis artibus post

habens: patauium alteras athenas accesseris. Vbi non diu  
 moratus. sub eminentissimo & hoc tēporis celeberrimo  
 professore scientias omnes remotiores iam assecutus. om  
 nium in te ora oculos atq; animos conciliaueris. Hoc ma  
 nifestum ingenii tui lumen & fecunditatem gratiorem esse  
 cit diuina oris dignitas. blanda frontis grauitas. oculorum  
 lenitas. uultus rubore uerecundus. Candore lætus. splendo  
 re amabilis: uniuersaq; corporis formositas. quam ex socra  
 tis p̄cepto cunctis animi bonis expolire uoluisti. Hunc do  
 mus corneliæ splendorem. hanc animi ingenuitatem. hoc  
 certissimum & morum & doctrinæ experimentum intel  
 lexit. perspexit. amauitq; summus romanus p̄t̄ifex. Qui  
 incolumi p̄sulum omnium gratia te in supremum antistitū  
 ordinem assumpsit. eam unam sacrosanctam dignitatem  
 æque dignam arbitratus. quam talis tantisq; dotibus adole  
 scens clarissimus adornaret. statimq; festinatis te honori  
 bus & summis nominibus amplificans. tibi cum carariensi  
 p̄t̄ificatu. diu etiam zenonis Antistitis nostri uicem iusq;  
 omne decreuit. Vnde cum diu tuam comitatem hylarem  
 grauitatem. p̄cōcē prudentiam. & summam in omni  
 bus dictis factisq; moderationem experta. sit ciuitas nostra.  
 Tum maxime admirati sumus tuum erga litteratos studi  
 um & liberalitatem. disciplinarumq; omnium eruditionē.  
 Siquidem cum dialecticorum methodis. philosophorum  
 dogmatibus & exactissimis religionis nostræ mysteriis  
 emineas. non diutius tamen a studiis politioribus feriaris.  
 Quin scientiam tibi reseruans. phylolophatium iuxta ora  
 torumq; ac p̄etarūm (quibus semper scatent ades tuæ)

831  
Ingenia exploras. nativaque sermonis suauitate eos quaestio-  
nibus obortis in disputationis arenam. quasi aliud agens in  
sinuas. quo quidem otio nullum est principis negocium fru-  
tuosius. & ut docet Alexander aphrodisiaeus. qui Hierony-  
mi donati beneficio de gratia in italiam migravit. nullum  
sumptum magis preciosum uidemus. Dum enim nos per-  
spicacem Democriti philosophiam imitantes. rerum cau-  
sas uersatili (quae canit Homerus) Mortalium lingua in ue-  
ritatis penetralibus reconditas. crebris indagatiombus per-  
scrutamur. huiusmodi intelligendi perfectionem (quam  
solis tamen diis deorumque filiis concedit plato. feliciter adipi-  
scimur. Et ut Zeno Citticus Antigono regi respondit. Inge-  
nua Indoles. Cui accedit & preceptoris sollertia & exercita-  
tio. ad perfectam quae uirtutis puenit frugem. Hic apud te Sapien-  
tissime prius non solone non saeuola. non puerios colles. non garge-  
ticos hortos. non Stoicorum Porticus. non Socratis aulam.  
non Platons achademia. non Aristotelis lycium quae spiam desidera-  
rit. Hinc sacer poetarum chorus te macennate concinens. te  
unicum studiose studiosorumque praesidium & quasi musae aesculapi-  
um agnoscens. Illud sacrum tui pectus & diuinam mentem imor-  
talitati consecrare contendit. Quibus rebus & si uiuentium omnium  
expectatione longe superaueris. maiora tamen & potiora. quae tuo  
uirtutum omnium concentu merito efflagitantur speran-  
tur & expectantur. antiquorum memoriam oblitterabunt.  
teque omni posteritati conciliabunt. Et cum praeter ceteris imo  
soli nos Christiani deum sincere colamus. tuam pro re  
Christiana pene dixerim diuinam Curam & prouid-  
entiam admiratur. & in dies praedicat Ciuitas Romana.

quando uix romā profectus amaueris colue ris & q̄dignis-  
 simum nūcupaueris cardinalē. S. Petri ad uincula. Cui de-  
 us deiq; filius orbis uincula hoc est suas in terris uices tu-  
 to crederet. Vnde quom tu adueniens beneuolentibus di-  
 uinam delictorum ueniā adportaueris: in bonam spem ad-  
 ducimur tua cū Inclyto Pōtifice mutua beneuolētiae uin-  
 cula nihil p nobis non exoratura. O ciuitatē hanc fælicem:  
 quē tātis iter sit bonis: qbus quot quantis gaudiis exultabi-  
 mus. Nec ista profamur indulgētissime pōtifex tibi blādiē-  
 tes. sed iudicio nro applaudentes: quod uel hinc pōt lique-  
 re: quū Ioannis Michael praesulis nostri cōsortis tui uiri p-  
 bitate ingenio & auctoritate insignis obitū eq̄s tulerim⁹.  
 Qm̄ exoptatū te successorē exorata numina cōdonarunt.  
 Iccirco nō sine dei numine arbitror euenisse: ut quē eodem  
 die cōtra uet⁹ institutū nostrū in rogatorū comitiis sancitū  
 hora undecima ueronēsū duodecīa uenetoꝝ senatus dele-  
 gerūt. Nos christo addicti prima eiusdē beatæ lucis hora  
 Te uel diutius (ut par ē) romæ cōmoraturū sumū hui⁹ ur-  
 bis antistitē expetiuerimus. Cui igitur mir⁹. Si ab uniuersa  
 ciuitate tuus est aduētus longe expectatus. Si hylari om-  
 niū assensu. Si honoratissimo totius patriæ occurſu. Si ma-  
 gnificētissimo urbis suburbiorūq; apparatu. Si publico po-  
 puloꝝ applausu fueris exceptus. Alacritate cūcta exultāt.  
 tibi sibiq; gratulant⁹ oēs. Tibi mania arridere. Tibi parie-  
 tes oēs uident⁹ assurgere. Sed imprimis antiq̄ssimū diuq;  
 nutās templū hoc (si quis inanimatis est sensus) numinis  
 tui p̄sentia gestire ac sentire uidetur. Matthiæq; V gonio iu-  
 ris cæsarei pōtificiūq; scientia eminetissimo nostræq; urbis

821  
cōmodorū atq; dignitatis appetentissimo & te bene adiu-  
uante Famaugustēsi Epō quasi hoc prouidētī grās habet.  
Quod pia eius cura p̄cūbere incaeperit. ut eodē benecurā  
te sed te p̄sīde luculentissimiq; sumptib⁹ tuis ab iteritu uin-  
dicetur & nitidius refurgat. Iam hui⁹ olim augustissimi  
tēpli pacifici antistitis opera & impesa extructi delubra &  
aræ situ deterfo priscā faciē uisendāq; spēm resumentes  
sub maiestatis tuæ titulis instaurantur uigēt religiosissime  
uenerātur. Iure igitur Ecclesia ueronēsis æterno regi Deo  
laudes & grās decantans: non impetratū modo sed celitus  
oblatū uel potius te natū sibi gloriatur ep̄um: hoc est regē  
spiritalē prudentia seniorē Petri successorē solidā apolto-  
licæ sedis colūnam. Legitimū æcclesie sponsum fidissimū  
christi legatū intimū diuinitatis exploratorē secretarium  
& interpretē. Qui dum reb⁹ nr̄is sup̄intēdas: pastoralī sce-  
ptro improbos dispūgas. p̄bos attrahas & uti candidissima  
colūba pacē afferas. O nos inquā supra mortales oēs bea-  
tissimos. Quib⁹ syderū benignitate illuxit huiusce tui ep̄i  
scopatus dies alma fausta & salutaris: qua nos aurea sæcu-  
la intueri: sapientiæ sacrariū recludere: pacis sinū ingredi  
quietis portū tenere: arā salutis tangere: fælicitatis templū  
amplexari: & diuę Marię porticū incolere uidemur. Vnde  
Immortalē omniū impatorem Deū supplices p̄camur: ut  
tu aliquando magni Petri clauēs adeptus: inoffensa ualitu-  
dine ornatissimorū fratrū per oēs gradus genitorē Principē  
emulātium dulces natorum natos lētus uideas. Corneliam  
gloriam efferentes: ac Veronensium erga corneliā gen-  
tem uenerationis studiosissimos.

Age igitur præsul eminentissime: quem ut apud nos christi personam sustineas: sanctum huius urbis pastorem: sanctissimus nostrum omnium pater (Cui ex re Iulius a magno demissum est nomen Iulo) nostris annuens uotis consecrauit. Nos inquam fidissimos apostolicæ religionis custodes: & unice ueritatis assertores: sub uerendo amplissimæ auctoritatis tuæ galero: sub tutissima saluberrimæque colendæ tuæ porticus umbra in clientellam suscipito. Quos profecto concordibus animis compositos: tuoque numini ultro addictissimos & obsequentissimos inuenies. Maximè enim pontificis dicto audientes: quin tibi dudum obtemperare gestientes: omne studium nostrum: omnes uires pollicemur: nosque ipsos pro tuæ dignitatis incolumitate deuouemus. Quare cum præter te (ut agnouisti) summum urbis præsulem optauerimus neminem. Immo quum te uotis inter aras conceptis: & omnibus suffragiis Episcopum prior delegerit Ecclesia ueronensis. Tibi eandem letissimi credimus. Tuo patrocínio omnes opes nostras: omnes fortunas committimus. Tuæ sapientiæ fidei potestati & clementiæ supplices nostram estimationem: spem & salutem iterum atque iterum Commendamus.

**A**cta quarto nouembris. M. CCCCCIIII.

**I**mpresum Venetiis. per Ioannem Tacuinum Cornelie domus  
mancipiolu.

